

Laus vitae scholasticae

Philippus Melanchthon

https://dl.dropboxusercontent.com/u/11928903/Philippi_Melanthonis_Opera_quae_supersun.pdf

No. 41

an. 1536.

Laus vitae scholasticae

In Declam. T. I. p.466 sqq., Serv. T. I. p. 405., Richard. T. I. p. 120.

De laude vitae scholasticae oratio, dicta a D. Melch. Fendio in promotione Magistrorum.

Cum considero eos, qui in hunc locum ad dicendum prodeunt, vel argumenti novitate, vel eloquentia placere, animadverto mihi valde opus esse humanitate atque aequitate vestra.

Nam argumentum novum, quod quidem huic loco convenire videretur, nullum reperiebam, nec pervulgatis addere aliquid splendoris dicendo possum.

Cum autem publici officii ratio imponat mihi dicendi necessitatem, erit humanitatis vestrae, ut vos quoque aequitate vestra publicum morem conservetis, me non gravatim audire, et orationem meam boni consulere.

Decrevi autem dicere de dignitate vitae scholasticae, deque comparatione vestri ordinis cum caeteris ordinibus et vitae generibus: neque ego non video quantum, quam amplum argumentum susceperim.

Sed quanquam pertexi nunc non poterit, tamen utile erit capita rerum attigisse.

Quemadmodum autem Medici in praeceptis valetudinis monent, ut aëris qualitatem, in quo versamur, diligenter observemus: ita magnopere conducit, genus vilae intelligere, in quo vel nostro, vel alieno iudicio collocati sumus.

Et est quaedam Philosophiae pars, gradus humanorum officiorum, atque ordinis considerare et recte discernere.

Deinde nescio quid aliis accidat, mihi quidem in hac

Zinātniskās dzīves slavinājums

Corpus Reformatorum, edidit Carolus Gottlieb Bretschneider, Volumen XI, Philipi Melanchthonis Opera Omnia quae supersunt omnia, Halis Saxonum, 1843., III Orationes Philipi Melanchthonis, 298. lpp.

Par zinātniskās dzīves slavināšana. Maģistru promocijas runa.

No latīņu valodas tulkojis Dainis Zeps

Kad pievēršu uzmanību tiem, kuri šeit nāk teikt runas, izpatīkot gan ar domas jaunumu, gan ar daiļrunību, domāju: man būtu jāpievērš uzmanība jūsu cienīgumam, un jārūnā atbilstīgi.

Jo nekā jauna neizdomāšu, kas būtu pienācīgs šajā sakarā, nedz ko vispārzināmu skaistai pasacīšanai.

Ja nepieciešamība prasa no manis publiski teikt oficiālu runu, jūsu cieņai būs labi, ja arī jūs atbilstīgi saglabāsiet publisku stāju, mani uzklausot ne pārlietu kritiski un manu runu uztverot kā labu pamācību.

Es izlēmu runāt par zinātnes dzīves cienīgumu, un par jūsu kārtas salīdzināšanu ar citām kārtām un dzīves sfērām: nedz arī nepaliek nepamanīts man, cik plašu jautājumu esmu uzņēmis.

Bet lai arī pamatīgu pārskatu tagad nevarēs, tomēr lietu uzskaitījumu lietderīgi būs pasniegt.

Līdzīgi kā mediķi atvēršanās receptēs pamāca, lai klimata veidu vietā, kur dzīvojam, rūpīgi ievērojam: tā ar sevišķu rūpību pienākas saprast to pavediena veidu, kurā gan pēc mūsu, gan svešo sprieduma mēs esam ievīti.

Ir kāda filozofijas sadaļa cilvēcisku pienākumu pakāpes un kārtas aplūkot un pareizi atšķirt.

Pēc tam nezinu, kas ar citiem notika, bet man šajā

fortunae tenuitate, et in his difficultatibus, quibus conflictor, haec res aliquid solatii affert, quod hoc vitae genus et sanctissimum et hominis naturae convenientissimum, et vitae utilissimum esse cogito.

Cum haec bona colligo, fero aequiore animo incommoda, quae comitantur hanc vitam, quae sunt plurima; nam ad ipsos studiorum labores accedit paupertas, quam perferre posse, magnitudo animi est non vulgaris: adde quod superbissime contemnimur, non solum ab imperitis, a mercatoribus, centauris, sed etiam ab illis semideis, qui regnant in aulis, propter opinionem doctrinae, aut sapientiae.

Postremo non tantum contemnimur, sed etiam in odio sumus.

Haec incommoda quam non sint levia, res ostendit, deterrent enim plurimos a literis. Ego tamen non dubito ea hic commemorare, ut cogitetis fortitudinem quandam esse, inter has difficultates non abiicere literas; deinde monebo, ut his malis opponatis vera et non fucata huius vitae scholasticae bona.

Initio autem praefari volo, me nihil de dignitate cuiusquam ordinis detrahere.

Non delector illa Cynica Philosophia, quae vituperat omnes artes, omnia vitae genera.

Melius et humanius, inquit Aristoteles, civitatem non ex Medico et Medico, sed ex Medico et Agricola constare, hoc est, ex multis ordinibus.

Quare singulis tribuo suum honorem. Sed gradus considerandi sunt, quos plerunque stulti conturbant.

Sic igitur statuētis vitam scholasticam primum necessariam esse Reipub. et maximas ad communem vitam utilitates afferre, deinde et sanctissimam ac Deo gratissimam esse, postremo etiam iucundissimam.

Et quidem tantas ad vitam utilitates ex vita scholastica pervenire, tantum in hac esse verae dignitatis, ut quamvis titulo praestent Reges et Episcopi, tamen reipsa par sit illis ordo scholasticus.

Hoc cum animo constitueritis, etiam opera danda erit, ut hanc vitam omni studio ornetis, ut fortiter labores et omnes difficultates perferatis, quae comitantur hoc vitae genus.

Sed quas tandem ob causas usque adeo laudamus vitam scholasticam?

Vulgus iudicat esse ociosam vitam, atque inde scholasticam appellarunt; Latini nuncuparunt ludos hos conventus discentium.

Quid autem dignitatis in ociosa vita, aut in ludis esse

likteņa trauslumā un šajās grūtībās, ar kurām saduros, šī lieta kaut kā mierinājumu ienes, ka šo dzīves veidu gan vissvētāko, gan cilvēka dabai vispiemērotāko un dzīvei noderīgāko esam domāju.

Kad šos labumus salīdzinu, ar pacietīgāku prātu panesu neērtības, kas pavada šo dzīvi, kuru ir visvairāk; jo pie pašām studiju grūtībām pievienojas nabadzība, ko spēt cauri iznest prasa neparastu prāta lielumu: tam pievieno, ka ārkārtīgi augstprātīgi tiekam nicināti ne tikai no nezinošiem, no tirgotājiem, kentauriem, bet arī no citiem pusdieviem, kuri valda baznīcās it kā pareizās mācības un gudrības dēļ.

Visbeidzot ne tikai tiekam nicināti, bet mūs arī ienīst.

Šīs neērtības, kuras nav vieglas, parāda realitāti, kas arī atbaida daudzus no zinību apgūšanas. Es tomēr nešaubos tās šeit pieminēt, lai jūs domātu to būt kādu drosmi dēļ šīm grūtībām neatmest mācīšanos; beidzot brīdināšu lai šiem ļaunumiem pretī liekat patiesus un neaptraipītus šīs zinātniskās dzīves labumus.

Sākumā gribu paust mani neko no šīs kārtas cieņas neatņemt.

Es neiepriecinos ar to kuniķu filozofiju, kura nopel visas mākas, visus dzīves veidus.

Labāk un cilvēcīgāk, saka Aristotelis, valsti ne no mediķa un mediķa, bet no mediķa un zemkopja sastāvēt, tas ir, no daudzām kārtām.

Tādēļ katrai kārtai piešķiru savu godu. Bet ir aplūkojamas pakāpes, kuras vairumā gadījumu muļķi sajauc.

Tādējādi zinātnisko dzīvi noliksiet vispirms nepieciešamu Republikai un dzīves kopībai vislielāko lietderību pienesam, pēc tam arī vissvētāku un Dievam patīkamāku esam, visbeidzot arī visjaukāko.

Tad nu tik daudz dzīvei noderīguma no zinātniskās dzīves ienāk, tik daudz šajā būt patiesa cienīguma, ka lai arī dižciltību piešķir ķēniņi un bīskapi, tomēr vislabāk tam atbilstu zinātnieku kārtā/ordenis.¹

Kad šo ar prātu aptversiet, arī darbi būs pievienojami, lai šo dzīves kārtību ar studijām izrotātu, lai sparīgi pūlētos un visas grūtības pārvarētu, kas pienākas šim dzīves veidam.

Bet tomēr kādu iemeslu dēļ un līdz kādai pakāpei lai zinātnisko dzīvi slavējam?

Vienkāršā tauta to spriež būt laisku dzīvi, un tāpēc to sauc par sholastisku;² latīņi sauc šīs skolnieku sapulces par spēlēm.

Kāds gan cienīgums laiskā dzīvē, vai spēlēs var būt?

¹ Ordo = ordenis

² Te nepieciešams vārda scholasticus skaidrojums; no schole= vajība, gr.

potest? De his appellationibus postea dicam.

Prius enim ostendam, minimum esse ocii in hac nostra militia: nec ludum esse haec studia literarum, sed seriam inquisitionem maximarum rerum.

Duae res sunt, quibus nihil melius ac divinius habet humana natura, videlicet veritas et iustitia.

Harum inquisitio et explicatio commendata est scholis.

Nec vero obscurum est, veritatis et iustitiae cognitionem maxime necessariam esse ad bene vivendum et utilitates ad vitam maximas affere.

Non enim sine doctrina religiones coli, non leges condi aut retineri possunt.

Quanto praesidio destituta esset vita, si medicinam nemo disceret aut doceret?

Quantis ornamentis carendum esset, si nemo disceret Mathemata, si nulla temporum discrimina tenerentur, si res veteres et historiae mandatae litteris ignotae essent?

Horum commodorum magnitudo vobis quidem, qui in his studiis versamini, nota est.

Quare facile iudicabitis partem Reip. necessariam esse scholas et quidem praecipuas utilitates inde ad communem vitam pervenire.

Quis enim non videt religionibus, legibus et litteris, in vita magis opus esse, quam fabris aut cerdonibus?

Sed illud disputant quidam, Ecclesias, aulam, forum, sedes esse veritatis et iustitiae, magis quam scholas.

Vocant scholasticam vitam umbratilem, quod ibi in otio ingenia exerceantur, illic aiunt, veritatem et iustitiam in acie versari.

Moderati animi est et bene instituti, reverenter sentire de Ecclesiis, de aulis et foro.

Ac debent quidem in illis locis regnare veritas et iustitia.

Sed constat ex scholis in illa loca haec ornamenta afferri.

Qualis enim esset doctrina in templis, si in scholis res non essent agitatae et illustratae?

Qualis esset aulicorum consiliorum et fori barbaries, si non extaret quaedam erudita iuris doctrina?

Deinde hoc interest, de omnibus magnis rebus scholae consuluntur, scholae pronuntiant, non Episcopi, aut aulici, aut causidici.

Postremo in scholis est simplex studium rerum inquirendarum et patefaciendarum.

In Ecclesiis multa in popularibus contionibus dicuntur improprie, multa etiam quia populus non potest assequi, praetereuntur.

Iam in aulis et foro horribile est dictu, quantum sit sophistices.

Itaque saepe mihi venit in mentem veteris fabulae de Astrea, quam ferunt pulsam civitatibus, postea in rure diu solitam agricolis contionari.

Ita mihi videtur propemodum pulsa ex aulis, ex foro, ex

Par šiem nosaukumiem vēlāk pasacīšu.

Jo vispirms es parādīšu vismazāk būt laiskuma šajā mūsu dienēšanā: nedz spēli būt šo zinību studijas, bet gan tik daudzu lietu vissmagāko pētīšanu.

Ir divas lietas, par kurām nekas nav labāks cilvēka dabai, proti, patiesība un taisnība.

Šo lietu pētīšana un skaidrošana ir uzticēta skolām.

No tiesas nav nekas nezināms, ka patiesības un taisnības atzīšana ir visvairāk nepieciešama labai dzīvošanai un dzīvei sniedz vislielākos lietderīgumus.

Jo bez stingras mācības nedz reliģijas kopt, nedz likumus izdot vai uzturēt nav iespējams.

Kādu aizsardzību zaudētu dzīve, ja medicīnu neviens nemācītos vai nemācītu?

Kādi zinību dārgumi mums iztrūktu, ja neviens nemācītos matemātiku, ja nemācētu ievērot laiku atšķirību, ja senās un vēsturiskās lietas zinātnei būtu nezināmas.

Šo labumu milzīgums jums, kas studijās grozāties, ir labi zināms.

Tādēļ viegli nospriedīsiet skolas būt nepieciešamu daļu Republikai, lai īpaši noderīgais no tā nonāktu kopīgai dzīvei.

Jo kurš gan neredz reliģijas, likumus un zinātnes dzīvē noderīgākus būt par kalējiem vai kurpniekiem?

Bet to kādi apstrīd, ka baznīcās, galmos, laukumos, salonos būt patiesības un taisnības vairāk kā skolās.

Zinātnisko dzīvi sauc par spokainu, ka tur vaļībā gudrus trikus vingrina, patiesību un taisnību tur saka mitināties smailē.

Līdzsvaroti prāti gan ir labi iedibināti godbijīgi domāt par baznīcām, par galmiem un tiesu sapulcēm.

Un arī pienāktos tādās vietās valdīt taisnībai un patiesībai.

Bet zināms, ka tieši no skolām šajās vietās šie greznumi tiek pienesti.

Kādas tad būtu tempļos mācības, ja skolās šīs lietas nebūtu iekustinātas un apgaismotas?

Kāds būtu galmu, tiesas zāļu un sanāksmju barbarisms, ja neparādītos kāda izglītota tiesību mācība?

Beidzot, izšķirošais ir tas, ka par visām lielām lietām lemj skolas, skolas izplata zināšanas, ne bīskapi, ne galminieki, ne advokāti.

Visbeidzot skolās vienkārši noris rūpīga lietu pētīšana un atklāšana.

Baznīcās daudzos draudžu saietos tiek runāts neadekvāti, daudz kam arī draudze nevar izsekot, kam iet garām.

Jau galmos un tiesu zālēs ar šausmām jāmin, cik sofistikas mīt.

Un tā man bieži nāk prātā senā fabula par Astreju, kuru izdzen no pilsētas, kur vēlāk laukos ilgi pie

templis et aliis hominum coetibus Astrea, hoc est, veritatis et iustitiae doctrina, adhuc haerere in scholis.

Quare cum minus sit sophistices in scholis, quam alibi, cum bonis unum hoc sit studium eruendae veritatis, summa laus esse debet vitae scholasticae, quae quidem imago quaedam est illius beatissimi status, in quo aurea illa aetate vivebant homines, si qua fuit, aut certe victuri erant, si fuisset illa aurea aetas, si natura hominum fuisset immunis a peccati labe et a morte.

Quid enim tunc fuisset vita hominum, nisi iucundissima quaedam schola, in qua seniores et praestantiores de rebus divinis, de natura rerum, de immortalitate humanorum animorum, de coelestibus motibus, de omnibus vitae officiis docuissent reliquos?

In hac philosophia et huiusmodi disputationibus tempus omne consumpsissent seniores et iuniores.

Nec aliam vitam fuisse Adae et similium principum virorum iudico.

Huius beatissimi status imago est vita scholastica.

Dixi brevissime de necessitate et de utilitatibus, addam etiam de sanctitate huius vitae.

Nullum Deo gratius est officium, quam veritatis et iustitiae studium et propagatio.

Nam haec sunt praecipua Dei dona, in quibus Dei praesentia maxime cerni potest.

Haec Deus praecipue conservari postulat, imo ad hunc finem praecipue conditi sunt homines, ut alii alios doceant de Deo et aliis rebus bonis.

Ad hanc utilitatem addita est divinitus humano generi sermonis communicatio.

Quare non dubium est, quin hoc vitae genus, quod in docendo et discendo versatur, Deo gratissimum sit, et hoc nomine antecellant scholae templis et aulis, quia maius est studium veritatis in scholis.

Quare si quis sanctum vitae institutum quaerit, non abdat se in solitudines, non putet aliud esse sacratius vitae genus, sed in his discentium conventibus maneat, hic conetur bene mereri de genere humano, doceat alios, et sciat hoc officium prodesse ad conservationem et propagationem optimarum rerum, erudiat ambigentes conscientias, respondeat de iure, deque omnibus vitae officiis, inquirat rerum naturam, morborum remedia, causas mutationum in natura, motus et effectus coelestes, praeparet iuventutem ad maiores artes, enarret historias, mandet litteris res gestas, illustret artes.

zemkopjiem mītot tiem sāk sludināt.

Tā man šķiet gluži kā izdzīts no galmiem, no laukuma, no templiem un citu cilvēku saietiem Astrejs, tas ir, patiesības un taisnības mācība, kas vēl aizvien mitinās skolās.

Tamdēļ, ja mazāk ir sofistikas skolās nekā citur, ja krietnājiem tikai ir šīs pūles patiesības izvilināšanai, vislielākā slava pienāktos zinātniskajai dzīvei, kas taču ir to skaistāko stāvokļu kāds attēls, kad kādreiz zelta laikmetā dzīvoja cilvēki, ja kas tāds bijis, vai noteikti dzīvos, ja tāds zelta laikmets būtu, ja cilvēka daba būtu imūna no ieslīdēšanas grēkā un nāvē.

Kāda tad toreiz būtu bijusi cilvēku dzīve, ja ne visjaukākā kāda skola, kurā vecākie un visizcilākie būtu mācījuši pārējos par svētām lietām, par lietu dabu, par cilvēku dvēseļu nemirstību, par debess ķermeņu kustību, par visiem dzīves pienākumiem?

Šajā filozofijā un šāda veida strīdos vecākie un jaunieši būs pavadījuši visu laiku.

Nedz citas dzīves būtu bijis Ādama un līdzīgu pirmo vīru spriedumā.

Šī brīnišķīgā stāvokļa attēls ir zinātniskā dzīve.

Esmu runājis īsi par nepieciešamību un lietderību, pievienošu arī par šīs dzīves svētumu.

Nav Dievam neviena dārgāka pienākuma kā patiesības un taisnības studijas un izplatīšana.

Jo šie ir galvenie Dieva devumi, kuros Dieva klātbūtne vislabāk ir saredzama.

Tos Dievs īpaši pieprasa saglabāt, patiesi šim mērķim sevišķi radīti ir cilvēki, lai cits citu mācītu par Dievu un citām labām lietām.

Šai noderībai dievišķi pievienots cilvēku ciltij ir komunikācijas veids ar valodu.

Tādēļ nav šaubu, ka šīs dzīves veids, kad mācot un mācoties dzīvojam, Dievam vispatīkamākais, un caur valodas spēju³ skolas pārspēj tempļus un galmus, jo lielākas pūles pēc patiesības ir skolās.

Tādēļ ja kāds svētas dzīves iedibinājumu meklē, lai nedodas vientulībā, lai nedomā citu būt svētāku dzīves veidu, bet šajos studējošo saietos lai paliek šeit, lai mēģina labi tikt vērtēts no cilvēku cilts, lai māca citus, un lai zina šo pienākumu būt noderīgu labāko lietu saglabāšanai un izplatīšanā, izglītotu ļodzīgās apziņas, lai atbild par tiesībām un par visiem dzīves pienākumiem, pētītu lietu dabu, slimību ārstēšanu, izmaiņu cēloņus dabā, debesu ķermeņu kustību un izvietojumu, gatavotu jaunatni labākām mācām, skaidrotu vēsturi, rakstītu hronikas, skaidrotu mākslas.

Šīs lietas kas dara, Dievam visdārgāko kalpošanu

³ Hoc nomine = šajā vārdā, spējā komunicēt caur valodu

Haec quisque qui facit, Deo gratissimum cultum praestat, et de genere humano praeclare meretur; conservat enim doctrinam utilissimam vitae, format mores, iudicia hominum, retinet pacem, mitigat multa mala publica.

Tale vitae genus non solum praestat monastico, sed vere divinum est.

Cicero reprehendit Platonem, quod dixerit, philosophos, tametsi abstineant a Reipub. administratione, tamen iustos esse, propter hanc ipsam magnarum rerum inquisitionem.

Sed Plato rectissime sensit. Est enim iustitia, suum quemque officium facere et fructum eius officii conferre ad communem salutem generis humani.

Id maxime facit Philosophus, qui religiones, rerum naturam, causas omnium honestorum officiorum, leges explicat, et has res divinas ceteris impertit, artes illustrat, aut docet; denique qui veritatis et iustitiae doctrinam conferre ad aliorum utilitatem studet.

Nec putemus melius mereri de genere humano vel causidicos aliquos, qui in foro controversias, aut exponunt, aut dirimunt, vel aediles qui pontes aliquos faciunt, vel mercatores qui iusto pretio res utiles important.

Recte igitur Plato dixit, iustos esse Philosophos, qui doctrinam utilem vitae tradunt.

Non gessit Magistratus Isocrates, sed consiliis suis gubernavit imperatorem laudatissimum Timotheum, et formavit ingenia multorum, qui postea in Reipub. principes extiterunt.

Nec melius de Reipub. meritis est Aeschines causidicus, quam Aristoteles, qui etsi nec Magistratus gessit, nec causas egit, tamen Alexandrum et multos alios principes finxit ad iustitiam et beneficentiam.

Deinde hodie etiam bene meretur de Reipub. reliquit monumenta utilia ad religiones et leges interpretandas, parit medicos, et iudicia multorum format, qui in foro et negotiis versantur.

Aso Iurisconsultus gubernavit magnam Italiae partem.

Nec tamen minus de Reipub. meretur Bartolus, qui in schola tantum vixit.

Philippus medicus Alexandri exercitum secutus est, ac regem ipsum ingenti periculo liberavit.

Neque tamen minus de republica meretur Galenus, qui nullum exercitum secutus est, sed in schola assedit, et scripsit doctrinae suae monumenta.

Cum igitur non aliud vitae genus utilius sit generi humano, aut magis necessarium, aut sanctius, quam vita scholastica, satis intelligi potest, hunc esse praestantissimum vitae gradum.

Hac vera laude moveri bona ingenia decet, ut magis ament vitam scholasticam, et adhibeant studium et diligentiam dignam tanta professione, et ornent eam optimis moribus.

Quid est enim turpius, quam quod multi in scholis ita

sniedz, no cilvēkiem viscildenāk tiek vērtēti; jo saglabā visnoderīgāko dzīves mācību, veido paradumus, cilvēku spriedumus, saglabā mieru, mīkstina daudzas publiskās ļaunības.

Tāds dzīves veids ne tikai pārāks par klostera dzīvi, bet patiesi dievišķs.

Cicerons pārmeta Platonam, sakot, ka filozofi pat ja atturējās no Republikas pārvaldīšanas, tomēr bija taisni dēļ pašas šīs svarīgāko lietu izmeklēšanas.

Bet Platons ļoti taisni domāja. Jo tā ir taisnība savu kādu vien pienākumu veikt un augļus no šīs kalpošanas ienest vispārīgam cilvēku cilts labumam.

To visvairāk dara Filozofs, kurš reliģijas, lietu dabu, visu godīgo pienākumu iesākumus, likumus izskaidro un šīs dievišķās lietas pārējiem piešķir, mācāmos priekšmetus izgaismo vai māca; beidzot, kurš nopūlas pienesot patiesības un taisnības mācību pārējo lietderībai.

Nedz domāsim labāku ievēribu izpelnīties no cilvēku cilts kādus advokātus, kuri tiesās strīdus vai izgaismo vai izšķir, vai celtniekus, kas kādus tiltus taisa, vai tirgotājus, kas par taisnīgu cenu noderīgas preces iaved.

Pareizi tāpat Platons sacīja taisnus esam Filozofus, kuri noderīgu mācību dzīvei nodod.

Neveica pārvaldes darbu Isokrats, bet ar saviem lēmumiem vadīja slavējamāko imperatoru Timoteju, un veidoja daudzo izcilos prātus, kuri vēlāk Republikā bija valdnieki.

Nedz labāku ievēribu izpelnās no Republikas advokāts Aishinejs, kuru Aristotelis, kurš lai arī nevadīja pārvaldi, nedz sprieda tiesas, tomēr Aleksandru un daudzus citus valdniekus nostiprināja taisnībai un labdarībai.

Beidzot šodien arī labu vērtējumu izpelnās no Republikas, kuri ir atstājuši noderīgus pieminekļus reliģiju un likumu skaidrošanai, rada mediķus, un daudzu spriedumus veido, kuri tiesās un darījumos grozās.

Aso, tiesību zinātnis pārvaldīja lielu Itālijas daļu.

Nedz ko mazāk tiek vērtēts no Republikas Bartols, kurš tikai skolā dzīvoja.

Aleksandra ārsts Fīlipsis sekoja tā karaspēkam un pašu ķēniņu no milzīgām briesmām izglāba.

Nedz tomēr mazāk tiek vērtēts no Republikas Galēns, kurš nesekoja nevienam karaspēkam, bet vien skolā sēdēja, un uzrakstīja savas mācības pieminekli.

Kad tāpat nav cita dzīves veida lietderīgāka vai svētāka cilvēcīgajam dzimumam kā zinātniskā dzīve, var saprast pietiekami labi to būt visizcilāko dzīves pakāpi.

Ar šādu slavinājumu nāktos iekustināt krietnos talantus, lai vairāk mīlētu zinātnisko dzīvi un pievienotu cienīgus pūles un centienus tādām aicinājumam un izrotātu to ar vislabākajiem paradumiem.

Tomēr, kas gan ir trulāk, kā kad tik daudzi skolās

degunt, primum, ut non intelligant suum officium; deinde, ut hoc otium litterarium collocent in turpissimas voluptates, et sumant sibi licentiam omnium scelerum, quasi scholae non veritatis et iustitiae, sed petulantiae officinae essent.

Quo animo homines pii veniunt in templa ad facienda sacra, eodem animo vos quoque in scholas accedere oportuit; hic enim res divinae tractantur.

Et magna cura adhibenda est, ut nostra sacra recte faciamus, ne nostra inscitia aut aliqua alia culpa artes corrumpantur.

Non minus piaculum est, corrumpere artes, quam ceremonias in templis contumelia afficere.

Ideo scholis nomen inditum est ab otio, ut respublica testetur se liberare nos a sordidis operis, ut dediti esse rebus divinis possimus.

Addidit etiam praemia, sicut militibus.

Etsi autem utilitates sunt exiguae, etsi indocti non solum contemnunt, sed etiam crudeliter oderunt litteras, tanquam vincula cupiditatum suarum, tamen Deus non patitur omnino deesse praemia docentibus litteras et discentibus.

Et quo melius quaeque respublica constituta est, eo est erga studiosos liberalior.

Interim nos decet philosophico animo fortunae iniquitatem ferre et intelligere causas, quare optimae quaeque res maxime sunt spretae vulgo.

Deinde incommodis etiam opponamus commoda, videlicet, dignitatem professionis et sanctitatem, postremo etiam iucunditatem.

Itaque de hac etiam pauca adiciamus, videlicet, nullum vitae genus iucundius esse, quam vitam scholasticam.

Omnes sanae mentes incredibilem voluptatem percipiunt ex veritatis agnitione; nam ad hanc aspiciendam maxime conditi sunt homines.

Hanc voluptatem in scholis multae causae augent.

Primum enim magna ibi artium varietas est: omnium disciplinarum professores esse solent, qui consuli possunt in qualibet arte; est et frequentia discentium, in qua magna dissimilitudo est ingeniorum et iudiciorum.

Quare nostras cogitationes cum multis conferre possumus, audire quid alii iudicent, imitari meliora exempla.

Hinc enim est illa apud Hesiodum laudata contentio, de qua dicit, vicinum a vicino ad divitias properante, invitari.

Ideoque apud Euripidem vere dictum est, communicatione opinionum in magna frequentia repertas esse artes.

Et Cicero ait, magnam vim in discendo habere studium conferendi, quod συζήτησιν vocat ipse.

Et Salomon ait: ferrum ferro acuitur, ita vir excitatur a viro.

dzīvo, vispirms, ka nesaprot savu pienākumu; beidzot, ka šo vaļošanas zinātnēm savieno ar zemiskākiem priekiem, un atļaujas vaļību visādiem noziegumiem, it kā skolas nebūtu patiesības un taisnības, bet bezkaunības iestādījumi.

Ar kādu noskaņu dievbijīgie nāk tempļos svētuma kalpošanai, ar tādu pašu noskaņu jums vajadzētu skolās ienākt, jo šeit dievišķas lietas tiek aplūkotas.

Un ir jāpieliek liela piepūle, lai mūsu svētās lietas taisni darītu, lai mūsu nezināšana vai kāda cita vaina studijas nesamaitātu.

Ne mazāks netikums ir bojāt mākas kā tempļos ceremonijas ar bezkaunībām jaukt.

Tādējādi skolās ir ieviesta vaļības norma, lai republika apliecinātu sevi atbrīvojam mūs no netīriem darbiem, lai mēs varētu nodoties dievišķām lietām.

Pievieno arī algas tāpat kā militārajā dienestā.

Bet lai arī iespējas ir ierobežotas, lai arī nemācītie ne tikai nicina, bet arī rupji nīst zinātņu studijas tā kā savu iekāru važas, tomēr Dievs nepacies pavisam atstāt bez algas zinātņu docētājus un tos, kas mācās.

Un jo labāk kāda republika ir iedibināta, jo labvēlīgāka tā ir pret studējošajiem.

Pa tam mums ar filozofisku garu vajag panest netaisnību un saprast iemeslus, kādēļ labākās lietas no tautas tiek nicinātas visvairāk.

Beidzot nepatīkamajam lai liekam pretī patīkamo, proti, profesijas cienīgumu un svētumu, galā arī jaukumu.

Un tā par šo tikai vēl piemināšu, proti, neviens no dzīves veidiem nav jaukāks par zinātnes dzīvi.

Visi veselie garā saņem neiedomājamu prieku no patiesības atzišanas; jo tās ieraudzīšanai/sasniegšanai vislielākā mērā ir radīti cilvēki.

Šo prieku skolās daudzi cēloņi audzē.

Jo vispirms šeit ir priekšmetu daudzveidība: mēdz būt visu disciplīnu profesori, kuri var pamācīt jebkurā priekšmetā; ir arī mācošos daudzveidība, starp kuriem ir liela spēju un spriešanu dažādība.

Tādēļ mūsu domas ar daudziem salīdzināt varam, uzklusīt, ko citi spriež, atdarināt labākos piemērus.

Jo šeit ir tā pie Hesioda slavinātā sacensība, sakot, ka kaimiņš izvilina kaimiņu uz bagātībām steigties.

Tas pats patiesi ir sacīts pie Eiripīda, ka prasmes tiek atrastas ļoti biežā viedokļu apmaiņā.

Un Cicerons saka, ka liels spēks mācīšanās procesā ir centības pievienošanai, ko pats sauc συζήτησιν.

Un Salomons saka: dzelzi kaļ ar dzelzi⁴, tā vīrs tiek uzrausts no vīra.

Nozīme ir arī tad saņemt mudinājumu no padomu un

⁴ ferrum ferro acuitur=zobenu asina ar instrumentu, kas arī ir no dzelzs

Significat enim tum admoneri ingenia collatione consiliorum atque opinionum, tum exemplis excitari.

Propter has tantas utilitates libenter in hac frequentia versari studiosos convenit.

Postremo natura fit, ut similes delectentur similium consuetudine, maximeque hi, qui similibus artibus dediti sunt.

Ipsa etiam celebritas delectat animos, iuvat videre bene compositos choros docentium et discentium.

Nullum acroama dulcius est, quam audire de optimis rebus, deque omni varietate naturae, de republica, de religionibus, quid alii peritiores sentiant.

Vetus est dictum: extra universitatem non est vita, quo significabant iucundissimam esse vitam in scholis.

Id dictum opinor ortum esse ab eruditis et prudentibus, qui intelligebant, et quantam haec consuetudo, et communicatio sermonis vim habeat, et quantam pariat voluptatem.

Delectat bonos et virtus illorum, qui liberaliter impertiunt doctrinam aliis, qui ex animo consulere posteritati conantur.

Etsi autem in tanta infirmitate humani generis nullus est ordo, nullum vitae genus prorsus sine vitio, tamen in scholis minus aliquanto est fuci, odiorum et aliarum malarum artium, quam in aliis multis vitae generibus.

Primum enim doctrina liberalis flectit mediocria ingenia ad virtutem.

Nec fere quisquam adeo est ferrea natura, ut litteris et mediocri disciplina non aliquanto fiat mitior.

Est autem multo iucundior consuetudo cum eruditis, qui causas omnium honestorum officiorum intelligunt, quam cum indoctis, quorum iudicia multis in rebus dissident a nostris.

Deinde illud affirmare ausim, eum qui in studiis assuefit ad amandam et inquirendam veritatem, amare candorem ac simplicitatem etiam in moribus et in vita.

Sed doctrina sophistica depravat voluntates, transfertur enim calumniandi studium ad mores. ut autem quisquis est studiosissimus, ita maxime incensus est amore veritatis et sophisticem odit acerrime.

Dulcissimus autem convictus est cum eruditis et candidis, qui prospiciunt quid deceat, et certa quadam ratione moderantur omnes actiones et animi impetus, quasi freno regunt.

Itaque nec dulciores, nec firmiores sunt amicitiae, quam philosophicae, hoc est, eruditorum amicitiae et societate studiorum contractae.

Iam e regione confer ad haec scholastica sodalitia, consuetudines cum illitteratis, in quibus etiam si qui boni viri sunt, tamen minus suavitatis habent congressus cum illis, quia de doctrina nobiscum colloqui non possunt.

Ne Laelii quidem et Scipionis amicitia tantum suavitatis

viedokļu talantīgiem saietiem, kā arī no paraugiem smelties iedvesmu.

Dēļ šādiem daudziem noderīgiem pasākumiem studējošajiem pienāktos daudz biežāk labprāt tādos pulcēties.

Visbeidzot dabīgi būtu, ka līdzīgie baudītu līdzīgo paradumus, un visvairāk tie, kuri ir veltījušies līdzīgiem priekšmetiem.

Jo paši svētki iepriecina prātus, liek redzēt labi veidotos mācošo un mācošos korus.

Nevieni galda svētki nav jaukāki, kā kur dzirdēt par labākajām lietām, un visu dabas daudzveidību, par republiku, par reliģijām, ko citi pieredzējušākie ir iemācījušies.

Ir sens teiciens: ārpus universitātes nav dzīves, kas nozīmē visjaukāko dzīvi būt skolās.

Es domāju šo teicienu radušos pie izglītotajiem un gudrākajiem, kuri saprata, cik liels ir spēks šim paradumam un runas komunikācijai un cik lielu rada prieku.

Krietnos iepriecina arī to tikumi, kuri labprāt dalās mācībās ar citiem, kuri no sirds cenšas nākamībai palīdzēt.

Ja arī tik lielā cilvēciskās cilts vājumā nav nekādas kārtības, jo neviens dzīves veids nav bez kāda netikuma, tomēr skolās ir manāmi mazāk tranu, nīstošu un citu ļaunumu veidu kā citos dzīves veidos.

Jo vispirms jau pasaulīgā zinātnes mācība loka mēreno spēju uz tikumību.⁵

Nedz kāds ir ar tik dzelžainu dabu, lai pret zinātņu disciplinām nebūtu kaut cik mīkstāks.

Ir daudz jaukāks pasākums ar izglītotiem kuri visus godīgo pienākumu cēloņus saprot, nekā ar nemācītiem kuru spriedumi daudzās lietās atšķiras no mūsējiem.

Tādēļ lai uzdrošinās apgalvot, ka tas, kurš studijās pieradis pie patiesības mīlēšanas un meklēšanas, mīlēs arī šķīstību un vienkāršību paradumos un dzīvē.

Bet sofistiskā mācība izkropļo gribas, pārnes krāpniecisku centienu kā paradumu, ka ja kāds ir centīgāks, tad arī visvairāk ir iededzies patiesības mīlestībā un sofistiku nīst visasāk.

Visjaukāka sadzīvošana ir ar izglītotajiem un godīgajiem, kuri paredz kas pieklājas, ar kādu drošu rēķinu piemēro visas darbības un prāta dzinuļus kā ar grožiem vada.

Tādēļ nav jaukākas un stiprākas draudzības kā filozofu starpā, tas ir, izglīto draudzības un studējošo biedrību savienojumi.

Pretēji šādām zinātniskām brālībām ir satiksme ar neizglītotiem, starp kuriem ja arī kādi krietni vīri ir, tomēr mazāk jauks ir saiets ar tiem, jo par mācību ar mums

⁵ Runa par neteoloģiskām disciplinām.

habuisset, si fuissent α[μουσοι Sed angustia temporis non sinit nos omnia vitae scholasticae commoda colligere et illustrare.

Haec autem recensui, primum, ut adolescentes intelligant et ament vitae genus in quo versantur; deinde cogitent, quanta vicissim requiratur ab ipsis diligentia, quanta in omni officio moderatio, ut hoc vitae genus ornent.

Litterati in summo fastigio rerum humanarum collocati sunt.

Quare ut muneri omnium difficillimo satisfacere possimus, adhibenda est acerrima contentio animorum in docendo.

Est et sanctissimum vitae genus et Deo gratissimum, conservare et propagare doctrinam vitae utilem.

Sciamus igitur Deo poenas duros illos, qui moribus suis dedecorant scholas, qui non conferunt aliquid operae ad doctrinae conservationem.

Postremo iucundissima est vita scholastica.

Quare digni odio sunt, qui velut Centauri, aut Lapithae tumultuantur in schotis, et tranquillitatem universi coetiis inturbant, disciplinam solvunt, qua soluta, dissipari societatem necesse est.

Sunt et boni adhortandi, ut haec commoda in conspectu habeant, eaque opponant incommodis, quae multos abstrahunt a literis: plus valeat apud bonos dignitas literarum et publica utilitas, quam iniqua vulgi iudicia, quam odia Tyrannorum, quam paupertas.

Sic affectos esse iudico hos iuvenes, qui eo gradum petiverunt, ut se publice obligarent ad defensionem literarum.

Jure igitur hunc animi eis gratulamur, eosque usitatis honoribus ornandos esse censuimus.

Dixi.

sarunāties nespēj.

Lēlijam un Scipionam nebūtu bijusi tādas draudzības salduma, ja būtu αμουσοι. Bet laika spaidi neļauj mums visus sholastiskās dzīves labumus savākt un izgaismot.

Šo esmu uzskaitījis, vispirms, lai jaunieši saprastu un mīlētu dzīves veidu, kurā grozās; pēc tam zinātu, cik daudz apkārt prasa no viņiem centību, cik daudz visā pasākumā paškontroles, lai šo dzīves veidu izrotātu.

Izglītotie atrodas cilvēcīgo lietu visaugstākajā virsotnē.

Tāpēc, lai pienākumam par visu visgrūtākajam gandarīt mēs varētu, jāpievieno ir visasākā centība prātu apmācīšanā.

Ir gan vissvētākais dzīves veids, gan Dievam visdārgākais saglabāt un izplatīt dzīvei noderīgu mācību.

Tādējādi zinām, ka Dievs sodīs tos, kuri ar saviem paradumiem radīs negodu skolās, kuri nepienes kaut ko no darbiem mācības saglabāšanai.

Visbeidzot visjaukākā ir zinātniskā dzīve.

Tāpēc nicināmi ir tie, kuri kā Kentauri vai Lapitas trokšņo skolās un visu norises mierīgumu satrauc, disciplīnu grauj, kuru sagraujot, izdzenāt no sabiedrības ir nepieciešams.

Arī krietnie ir pamudināmi, lai šos labumus turētu acu priekšā, un liktu tos pretī sliktajam, kas daudzus atvelk no studijām: vairāk spēš pie krietnajiem zinību cienība un publiskā noderība nekā naidīga pūļa spriešana, nekā Tirānu naidis, nekā nabadzība.

Tā domājam spriežu tos jauniešus, kas šo soli sper, lai sevi publiski spiestu uz zināšanu aizsardzību.

No tiesas šo sirdsprātu viņiem novēlēsim, un tos ar noderīguma godiem izrotātus būt spriedīsim.

Esmu runājis.